DE
HYDROPIBUS.

HYDROPIBUS:

DE

HYDROPIBUS:

DE HYDROPIBUS:

Déque Medicamentis,

Ad eos utilibus expellendos:

NEC NON

De Commodissima Methodo
Utendi Remediis

ANTIHYDROPICIS.

AUTHORE

SAMUELE DWIGHT, M.D.

LONDINI:
Impensis BERNARDI LINTOT, Bibliopolæ Londinensis. M. DCC. XXV.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Reverendo in CHRISTO Patri,

EDMUNDO,

Permissione Divinâ

LONDINI EPISCOPO,

Regisque Consiliario Fidelissimo, summâ, quâ opus est,

Observantiâ, *Samuel Dwight*, S. P. D. D.

Valde Ego deciperer, Reverendissime Præsul, si tantum honorem meis consequi sperarem, quantum Gibsonius Avunculus tuus adeptus est Scriptis suis. Attamen lætabor, si fortè hoc Opusculum favore

vore tuo dignum putaveris. Eò magis, quò magis sentio Judicium & Sinceritatem tuam undique celebrari.

Hic agitur de Morbo, omnium ferè Fabricæ Humanæ inimicissimo. Hic cognoscere potes (siquid tibi adeò literato desit, quod non prius nôsti) unde Hydrops oritur, quóque pacto in fugam verti possibile est.

Interim magnoperè oro atque opto, ut liber sis ab hoc aliisque Morbis, usque ad tempus commutationis hujusce Vitæ pro aliâ. Oro ut sera Senectus solus Morbus sit tibi, eaque non laboriosa. Dum enim super Terrâ vixeris, valdè Humano Generi prodesse potes. Adeò Scelera evertis pius & Præceptis & Moribus.

Licitum est Partibus his nostrum Terrestribus curam quandam adhibere, cùm Corpora proximè atque Animæ nobis charæ sint. Igitur dignare legere Tractatulum

tulum, ſervandi Corporis gratiâ, exaratum, ſiquidem à Sacris Laboribus parumpèr vacare tibi lubet.

Confiteor modum eruendi Hydropis, quem edo, novum eſſe. Sin Judicibus Literatis, Tibique præſertim, hæc Methodus utilior viſa fuerit, quàm pleraeque; Ego Utilitate pluſquàm Novitate ejus gaudebo. Vale.

Dabam Fulhamiæ Jan.
die 1. An. Dom.
M.DCC.XXV.

DE

DE
Origine Hydropum.

IYronibus omninò inutile esse arbitror, ut, Hydropum curandorum operam susceperus, varia eorum genera describerem. Unusquisque enim Hydrops, ubicunque acciderit, tam in unâ parte quàm in aliâ, ejusdem indolis est. Adèò ut hoc opus plurimorum Hydropum Species delineandi jure evitare mihi liceat.

Hydrops evenit, quando nutriens Humor ab Arteriis suppeditatus in locis, ubi deponitur, nimis diu moratur, atque in Sanguinem per tubulos suos labentem minori quàm par est copiâ redit.

Observandum est Bibaces & Melancholicos ad hunc Morbum maximè pronos esse.

Cogitatio enim nimia & Inebriatio frequens in causâ sunt, quare Spiritus Animales profusè consumuntur. Deficientibus his, Pori etiam vigore suo excidunt. Pori impotentes, depositos in se Succos Sanguini restituere nequeunt ità ut debent. Hinc accumulantur Humores, hinc stagnant.

Labefactatâ prætereà energiâ Pororum, verisimile est resides Humores demittere Fœces quasdam in eos. Hæ forsan nimis cumulatæ Circuitum Vitalem ulteriùs impediunt. Nulla autem Obturamenta adeò obsunt Hydropicis, ac ista, quæ Renes occludunt. Nam nonnunquam propter viscidam materiem vel calculos inibi immorantes Succus ad Renes convectus præposterè in Sanguinem, retorquetur. Reversus in Sanguinem, quò posteà impactus fuerit, incertum est. Sed sine dubio nulla Pars Corporis palantibus Lymphis eximitur, cùm iter iis in Pelvim Vesicámque Urinalem præclusum est.

Memini olim Virginem propter hujusmodi Obturamenta nonnullam Hydropis partem ore expuisse.

Intereà non ità me sic intelligi vellem, quasi omnimodum Hydropem assererem ex Urinâ obstructâ fieri. Id sanè à nemine creditum oportet. Dixi enim ex aliis causis hunc Morbum oriri.

Profectò Humores à Sanguine secreti (exceptis iis, qui è Corpore eliminandi sunt)

Membris nutritis, debent in Sanguinem penitùs reverti. Hoc enim à Naturâ uſque requiritur, ut ſit Humorum paritèr ac Sanguinis æquabilis Circuitus. Sic Vita, ſic Salus optimè conſervari ſolet. Porrò Natura adeò ſibi proſpexit, ut unamquamque Fibrarum cavernulam (Poros vulgò nominatos) cùm Diaſtole tum Syſtole donârit: alteram, ut Membra Humores nutrientes ad ſe recipiant; alteram, ut nutrita Sanguini eoſdem retribuant.

Per Syſtolen Pororum Nutriens Humor (ſit bonus ſitve malus) in Lymphatica vel Chylifera vaſa, quæ præſtò ſunt, ínque Venoſa, ubi illa altera deſunt, continuò projicitur.

Quid ſi Sanguis pabulum ex Hydropis fœdâ colluvie exquirere cogitur? Concoctrix atque Expultrix Facultas ei innaſcitur. Adeò ut alia pars Succorum, quæ illùc redit, in bonum nutrimentum mutari per alteram, & alia, quæ ità mutari nequit, expelli inde poſſit per alteram Sanguinis facultatem. Præterea nisi Sanguis Hydropem ebibat, nulla diſceſſio hujuſce Morbi per Renum Pellis Externæ Inteſtinorúmve vias naturales obtineri poteſt. Has autem vias machinata eſt Natura; nè Humores ſuperflui, qui evacuari debent, nobis immorarentur diutius, morandóque Fabricam hanc noſtram ſenſim ſubverterent.

Quomodo Vaſcula & Pori, cùm debilia evaſerint, ad priſtinum vigorem reſtitui poſſint, in ultimo potiſſimùm Capite palàm oſtendetur.

Quatenùs ad Inciſiones, Perforationes & alias in Cutem Carnémque Operas Chirurgicas attinet, hæ ſanè in uſum vocatæ Hydropem minuere poſſunt. Sed Medicinarum præſertim eſt, eum tollere radicitùs. De his priùs. Tumque de Methodo medendi iis, qui Hydrope gravantur.

De Uſu Emeticorum, contra Hydropes.

INdubitanter Emeticæ Particulæ, vel poſtquam Sanguinem intrârunt, efferam ſuam naturam, quâ primitùs valebant, adhuc ex parte retinent. Nullæ enim Medicinæ ad Externos Corporis Poros appulſæ Sudorem, nullæ ad Renes impactæ Urinam magis ſtimulant, quàm hæc Pharmacorum ſpecies.

Quod ad Sudorem attinet, qui aliquando per ea excitatur, iſtum prorsùs improbo. Nec contendere licet, ut Sudor per Vomitorium inceptus ulteriùs ſtimularetur: Nam per feroces Emetici Particulas, Poris recluſis, Sudor erumpere poteſt vehementiùs, quàm par eſt. Ut cujuſdam exemplo, olim exhibito, ſatis demonſtratum fuit.

Secun-

Secundùm paucitatem Pororum Renum, vix evitabile eſt quin Lotium & Vomitoriæ Portiunculæ admodùm parcè inde emigrârint. At Sudor & Emeticæ Particulæ, quæ versùs ſuperficiem Corporis convehuntur, millia Pororum habent è quibus avolent. Adeò ut Sudatio pacto Emetici eveniens Mincturâ, quæ ejuſdem farinæ Medicinâ facta eſt, facilè copioſior ſit.

Ad rem quidem Hydropici plurimùm attinet, ut Vomitorii Particulæ ad Renes potiùs, quàm ad Extimam Pellem Corporis, curſum ſuum flecterent. Etenim veriſimile eſt hinc Renes aliquantiſpèr abſterſos atque emundatos fore.

Ego Emeticas Particulas Renes ſemper efficacitèr perpurgare, cùm eò tendunt, non aio. Sin hoc effectum dederint, adeò ut poſthàc Urina vinculis eximatur; quàm probabilitèr tum valdè commodæ erunt iis, qui Hydrope tument. Quippe hic Morbus ſemper, Urinâ cohibitâ, augetur, minuiturque ſolutâ.

Triplicem ob cauſam Vomitoria Hydropicis commoda ſunt. Primò, quoniam eliminant Pituitam, quæ ſæpenumerò Alexipharmacis Diureticiſque moræ eſt, nè felicitèr cedant: tum quia Urinam ſtimulant: denuò, quippe Morbidas Aquas è Stomacho exhaurire poſſunt. Verum enimverò benè perpendendæ ſunt vires eorum, quibus Emetica daturus es.

Quod

Quod ad Exemplaria Emeticorum ſpectat, in Libello de Vomitu non ità pridem à me edito quædam extant, quæ ad Hydropicorum æquè ac aliorum Ægrotorum Stomachos emundandos ſufficiunt. Ea verò hîc repetere ſupervacaneum arbitror.

De Uſu Diaphoreticorum contrà Hydropes.

SUdor elicitur, cùm Natura aliquo cruciatu in Stomacho, vel alio Membro opprimitur; cumve Fibræ Corporis debilitate laborant; vel cùm eximius Calor aliquo pacto in Sanguine excitatur; vel cum Medicina Sudorifica in Sanguinem infunditur, & ope Caloris per Poros Cuticulares expellitur. Quomodo iſtæ Naturales Sudationes eveniunt, hîc neutiquàm diſceptabo. Sed de Medicamentis, quæ Sudorem excitant quæque ad hunc Morbum diſſipandum plurimùm valere ſolent, nonnulla verba faciam.

Hæc Medicamina quietiùs Stomachum Inteſtinaque tranſeunt, quàm Vomitoria atque Cathartica.

Ex Effectibus tamen manifeſtum eſt, illis Naturam plurimùm adverſam eſſe. Poſtquàm enim Sanguinem introierint, repentè ob eorum vehementiam Sudor vel Urina erumpit. Sudor, ſi Calore Externo Stragulorum Balneorum & ſimilium vel Interno Liquo-

Liquorum calidè absorptorum; Urinàque præcipuè, si nullo Calore vehementi Natura interim stimuletur.

Profectò in numero eorum, quæ Naturam utilitèr agitare perhibentur, tota Sudorificorum Classis collocari meretur. Quippe Internas atque Externas Partes Corporis à mole Humorum superfluâ, si qua intersit, rapidissimè vindicant.

Plerùmque hora una sufficit ad duas tres vel plures Libras Humorum, cùm quisquam Sudore liquescit, eliminandas. Unica forsan Libra, per alias vias ejecta, languorem homini inferre potest. Sed plures per Cutim evacuatæ rarò hunc Effectum progignunt. Quia Meatus Cuticulares ad copiosas Evacuationes apti ab initio facti sunt. Adeò ut tutiùs citiùsque sine periculo Lipothymiæ per hæc, quàm per ulla alia vasa Corporis Expurgantia, redundans Nutrimentum exigi possit. Nec talis Exinanitio cuiquam unquam nocet; modò tempestivè fiat, inceptáque intrà debitum modum coerceatur.

Propter has rationes arbitror nulla Medicamina ad sarcinas Naturæ excutiendas Humano Generi utiliora esse, quàm Diaphoretica. Saltem commoda sunt, cùm Hydrops adest, & Vita ob Humidarum Particularum copiam periclitari videtur.

Possi-

Possibile est Stragulis cumulatis vel Utribus calidâ Aquâ repletis & similibus in quovis excitare Sudorem, etsi nulla Sorbilla cum Remedio Diaphoretico dentur ei, qui sudandus est. Satius tamen est ut quisque, qui in Sudorem conjiciendus est, mite quoddam Sorbillum biberet, præveniendæ Sitis gratiâ. Sudatio enim Sitim creat.

Si necesse est ut Hydropicus quicquam inter sudandum sorberet, paulum tenuéque sit: Qualis est Salviæ Infusio, vel Aqua aliqua simplex destillata, exhibita usque ad ℥viij vel circitèr id mensuræ. Sorbillum sit etiam calidum. Calidæ enim Sorbitiones valdè stimulant accelerántque Sudorem.

Postquàm Æger sudavit, necesse est à Potubus cunctis (præsertim inebriantibus) in aliquot horas se cohiberet. Liquores enim post Sudationem immediatè sorpti non solùm de novo Poros exoneratos implent, sed præterea (si inebriantis generis sint) Sanguinem inflammant.

Haud expedit quenquam hoc Morbo oneratum in Sudorem conjici sæpiùs, quàm unoquoque quinto sexto vel septimo die. In tantam longinquitatem tempus præterlabi opus est, ut Ægro vires sudando perditæ recuperentur, antequàm altera Sudatio repetitur.

Diaphoretica, quæ in usum Hydropicorum recommendo, hæc sunt.

1. ANtimon. Diaphoret. usque ad ʒß. Verti potest in Bolum hoc modo.

℞. Antimon. Diaphoret. ʒß. Conserv. Cynosb. vel cujusvis alterius Conserv. quæ palato grata est, ʒij. Syr. alicujus idonei q. s. F. Bolus.

2. Viper. pulv. usque ad ʒß. Verti potest in Bolum, ut præcedens Diaphoreticum.

3. Camphor. pulv. usque ad ʒj. Verti potest in Bolum, ut prædicta.

Antimon. Diaphoret. cum pulvere leviore verti potest in Pilulas, in usum eorum, qui Pilulas capere mallent. Nempe sic:

℞. Antimon. Diaphoret. ʒj. Serpentar. Virginiar. ʒj. Terebinth. Venet. q. s. F. Pilulæ.

Viperæ & Camphora verti possunt in Pilulas eodem modo.

4. Serpent. Virgin. usque ad ʒij. Hæc quidem gustui ingrata est. Ex eâ tamen Bolus fieri potest, cum Syr. idoneo; vel Pilulæ in modum, quem anteà præscripsi. Sit Dosis Serpentar. Virgin. ʒij. quando aliud Diaphoreticum ei non adjungis.

5. Sal. crud. Armen. usque ad ʒß. Verti potest in Bolum vel Pilulas, cum vel sine mixturâ alterius Diaphoretici, addito Syrupo Idoneo vel Terebinth. Venet.

7. Theriac. Andromach. per se usque ad ʒj.

Hæc præcipua sunt Diaphoretica, quæ in molem parvam Bolorum vel Pilularum redigi possunt.

Pleraque alia sunt, quæ decocta benè inservire possunt Sudationi. Scilicèt, Veronica, Sanicula, Hysopus, Argentina, Rasur. Lign. Guaiac. Sem. Sinap. &c.

℞. Prædict. Medicinarum quarumvis ʒß. vel plus eo pondere; Aq. Fontan. ℔ß. Coquantur. Colaturæ adde vin. Alb. vel Rubr. ʒiv. Syr. Caryoph. vel alterius cujusvis Syr. idonei ʒj. vel ʒiß. F. Haustus calidissimè sumend.

Pulveres leviores Diaphoretici immisceri possunt Aquis destillatis, cum Syrupo idoneo, in hunc modum.

℞. Viper. Pulv. ʒß. Aq. Menth. simpl. ʒv. Aq. Theriac. ʒj. Syr. Caryophyll. ʒiss. F. Haustus calidissimè sumend.

℞. Serpentar. Virgin. ʒij. Aq. Puleg. simpl. ʒv. Aq. Cinnam. compos. ʒiß. vel Aq. Junip. compos. ʒiss. Syr. Balsam. vel è 5 rad. ʒj. vel ʒiß. F. Haustus calidissimè sumend.

℞. Croc. Angl. pulv. ʒß. Aq. Hysop. simpl. ʒv. Aq. Absynth. compos ʒiß. Syr. Cary-

Caryophyll. ʒiß. F. Hauſtus Calidiſſimè ſumend.

Theriac. Andromach. in eundem modum cum Aquis deſtillatis & Syrup. idoneo miſceri poteſt.

℞. Theriac Andromach. ʒj. Aq. Menth. ʒv. Aq. Theriac. ʒiſs. Syr. de Pæon. compoſ. ʒiß. F. Hauſtus calidiſſimè ſumend.

Nulla ferè ſunt Cathartica vel Emetica Vegetabilia, quin ad ſudandos homines idonea fiant, comburendo ea in ferreâ Spathâ, quali Plumbarii utuntur, uſque dum indolem ferocem perdunt. Dignum autem eſt obſervatu, quò impetuoſiori genio ſunt antè Calcinationem, eò efficaciora Diaphoretica fiunt, ignem paſſa.

Cineres gum. Euphorbij, Gutt. Gambogiæ, Colocynthidos, & Ellebori alb. ſunt, quos præcipue recommendo. Reducendi ſunt ad Pulverem ſubtiliſſimum. E Pulvere fieri poſſunt Pilulæ Boli vel Hauſtus. Doſis ʒß. nonnunquam minor eâ.

Modi conficiendi Pilulas ex Cineribus prædictis.

℞. EUphorb. calcin. gr. xxv. vel ʒß. Terebinth. Venet. veter. q. ſ. F. Pilulæ.

℞. Euphorb. calc. gr. xx. Serpentar. Virgin. gr. x. Mellis deſpumat. q. ſ. F. Pilulæ.

Modi conficiendi Bolos.

℞. EUphorb. calcin. ʒß. Conserv. Ros. ʒj. Syr. Balsᵐ. q. s. F. Bolus.

℞. Euphorb. calc. ʒß. Conserv. Lujul. ʒj. Syr. Caryophyll. q. s. F. Bolus.

Modi conficiendi Haustus, ex Cineribus prædictis.

℞. EUphorb. calcin. ʒß. Aq. Menth. aut Puleg. ʒvj. Aq. Theriac. ʒj. Syrup. fl. Pæon. vel Syrup. Caryophyll. vel Violar. ʒiß. Misce. F. Haustus calidissimè sumend.

℞. Gutt. Gambog. calcin. ʒß. Aq. Hyssop. ʒv. Aq. Cinnam. compos. ʒiß. Syr. Cydon. ʒiß. F. Haustus calidissimè sumend.

Haustus, in quos Cineres prædicti injiciuntur, sæpiusculè per se ad ciendum Sudorem sufficiunt; Ægro à frigido Aëre bene munito, dum sudat. Interdum vero expedit (nisi Sudorem per Caloris Externi potiùs, quàm Interni opem, excitare velis) post Pilulas Bolósve Diaphoreticos deglutitos, Haustus tales, quales infrà delineandi, sudaturis propinare.

Modi

Modi conficiendi Hauſtus poſt Pilulas Boloſve ſumendos.

℞. AQ. Card. Bened. ʒiij. Aq. Hyſop. ʒiij. Pæon. compoſ. ʒj Syr. Cydon. ʒiß. F. Hauſtus cadiliſſimè ſumend.

℞. Aq. Hyſop. Aq. Menth. ana ʒiij. Aq. Junip. compoſ. ʒiß. Syr. Caryophyll. ʒiß. F. Hauſtus calidiſſimè ſumend.

℞. Aq. Font. ʒviij. Vin. Rubr. ʒiv. Zinzib. ʒij. Caryoph. No. xij. Sacch. albiſs. q. ſ. F. Decoctio calidiſſimè ſumenda.

De Usu Diureticorum contrà Hydropes.

UBI opus erat, diffuſiſſimè probavi Emetica Cathartica & Sudorifica vim habere Renes obſtrictos aperiendi, atque Urinam inde expellendi; maximè, ſi eorum Portiunculæ quædam hùc à circumacto Sanguine adigi contingant. Experientiâ reperitur hæc, ad Urinales Meatus impacta, vehementiores ſolito Mincturas efficere. Idem verò de iis, quæ vulgò Diuretica nuncupantur, nemo jure affirmare poteſt. Etenim nec adeò effrenatè Sanguinem movent,

vent, nec ità turbidè Lotium præcipitant ac iſta altera.

Sit ità ut penitus cognoſcere nequeamus, an Medicina in Sanguinem, an in eam Sanguis, an ambo in ſe invicem vim ſuam exerant, dum mutuò commiſcentur; certum tamen eſt ea, quæ Diuretica appellamus, præſtantiſſima omnium eſſe ad noſtros Spiritus ſublevandos & amiſſam Salutem recuperandam. Nam fermentante poteſtate prædita, levitatem quandam Sanguini totſque Corpori inducunt, ſi quidem non nimis debilitatis hominibus ſuppeditentur.

Quibus quidem vigor naturalis deficit, parùm illis vel ſubſilire Sanguis vel recreari Corpus videtur, Diureticis in Maſſam Sanguineam immiſſis. Sed amæna illa amborum levitas planè percipi poteſt ab iis, qui aliquandiu in Diureticorum uſu proſperè perſtiterunt.

Vulgi opinio, Diuretica proclivitate quadam naturali ad Renes, tanquam ad metam, tendere, prorsùs erronea eſt. Namque eorum Particulæ in Sanguinem correptæ, cum Nutrimento ipſo, per omnia Membra Corporis diffundi ſolent. Cùmque Pori reliqui Corporis æquè pateant ac Renum, & compertum ſit ab univerſis, pluſquàm ſpeciali quovis Membro, volatilia corpuſcula ablegari; certè tota Membrorum compages, quæ innumeris Poris abundat, Medicinales Particulas exigendi poteſtate fruitur magis,

quàm

quàm Renes, quibus tali Pororum numero gliscere impossibile est.

Rapidiorem fortasse quàm ullum aliud particulare Membrum, vim Humores & Medicinas à Sanguine separandi præ se ferant. Nihilominùs per Experimenta Sanctorii & Rationis ipsius trutinam palàm est, Halituum Cuticularium ubertatem Minctu-rarum copiam longè exuperare. Fieri enim non potest, ut pauciſſimi Renum Pori (qui præ aliis nihil patescere videntur) frequentiores Humores effunderent, quàm conferta turba Pororum totius Corporis.

Dum vivimus, perennis & ingens est Effluviorum per Cutim Externam fuga. Ac, si Sanguini interſunt Diuretica, quæ effugientes Halitus comitentur, credibile est multas eorum Particulas convectas in sinum Aëris tunc esse, quando alteri emittuntur. In paucis, munus Diuretica Medicamina expellendi solis Renibus haud proprium est. Etenim, Sanguine talibus Medicamentis ditato, necesse est, inter avolandos Halitus horum itidem portiunculæ quædam in auram fugiant, quædam in Sordes quæ ex Ilibus elapsuræ sunt abeant, quædam Urinæ immiſceantur. Hæc tamen ut ampliùs probarentur, inutile judico.

Nec Sors Mitium sorti Violentorum multùm impar erit, quatenùs ad eorum è Corpore discessum. Nam cùm opus est ut superfluum Nutrimentum aliquò exiret; minimè

mè evitandum eſt, quin pauca eorum corpuſcula cum Sudore in auras, pauca è Renibus cum Urinâ, pauca ex Ilibus cum craſſis Excrementis emitterentur. Diutiùs tamen quàm Vehementia Sanguini immorari ſolent: quoniam tantas, quantas altera, turbas in Sanguine non cient. Iſta cum impetu expelluntur, quod Naturæ valdè adverſa ſint. Sed inter Mitia Diuretica & Sanguinem nullæ magnæ inimicitiæ ſunt, quas luculenter certóve deprehendere poſſumus. In Sanguinem igitur admiſſa, rariſſimè inde abiguntur, donec vim ſuam in Renes ſanantem anodynámque aliquantùm exeruerint.

Quid multa? Divini Authoris ſumma dona eſſe videntur: utpote quæ iſtos defectus, quos Natura nequit, mirum in modum corrigere valeant. Duplici munere funguntur, reſerandi obſtrictos & obſerandi nimis apertos Membrorum Renalium tubulos: idque roborante genio, quo à Supremo Deo primitùs donantur. Res certè admiratione digniſſima, ut eædem Medicinæ aperirent clauderéntque viciſſim Meatus Urinales! Senſus quidem noſtros occultæ eorum vires prorsùs latent. Tactu enim nec guſtu nec oculis ſentire poſſumus, ex quâ ratione vel figurâ Partium vel ex quibus Atomis Virtutes illæ divinæ ortæ ſunt. Nec neceſſe eſt ut hujuſmodi myſteria ſciremus, ſi potuiſſemus. Sufficit, Eventus eorum

(cauſâ

(causâ admirandarum indolum celatâ) Dei favore nobis innotuisse.

Indubitatè maximi momenti usuſque sunt hujusmodi Diuretica, per quæ Renes ad priſtinum pensum (à quo priùs deſtitêrunt) revocati, retinere quibus retentis opus est & emittere quæ emitti neceſſe est, mirabili quodam inſtinctu edocentur.

Quidam ſummè mihi charus plùs ſemel ob Aſciten in propinquo rupturæ fuit. Duas Perforationes Ventrem ſuſtinuerat. Poſt primam, intrà Menſis unius ſpatium adeò de novo tumuit, ut Cultri ictum vice alterâ perpeti cogeretur. Hoc etiam peracto, Hydrops reverſus est. Intérque revertendum proximè, placuit ei per Sex Hebdomadas Corticem Chinchinæ vel Peruanum dictum uſque ad Drachmam unam quotidie deglutire: Medicinam fortè non antehàc cognitam ad roborandos Renes utilem. Proculdubiò hæc Medicina cunctis in genere Membris robur præbere poteſt, quandocunque in Sanguinem, qui emendationis capax est, tempeſtivè immittitur. Sex Septimanæ lapſæ erant, antequàm hujuſce Viri Renes renovati vigoris ſpecimen ederent. Tandem pacto hujus Medicaminis (ut arbitror) liberrimè minxit, & revaluit. Revaluit, etſi ſalus diuturnæ durationis non erat: Utinàm fuiſſet! Neſcio cui rei tam miram viciſſitudinem tribuere debeam, niſi Cortici, quo vel Hydrope laborans diu

usus est. Asserere audeo per Chinchinam præcipuè Virum hunc Generosum de malâ Salutis habitudine in meliorem cessum fuisse; quandoquidem solam hanc Medicinam nullámque prætereà deglutiverit abinde, ex quo ultima Perforatio facta est, usque dum Mictio, quæ sub exitu Sex Hebdomadarum accidit, redux integrè esset.

Dicitur de hoc Cortice, Sistente Facultate præditum esse; porrò in Sanguinem admissum, Cellulas Porósque Corporis nimis constringere assolere; necnon supervacaneos Humores à debitâ discessione crebrò cohibere. Fateor hæc de eo perquàm vera esse; si solus, nullis interim Aperientibus adhibitis, diutiùs quàm par est usurpetur. Sin nunc Diuretica impetuosa nunc Cathartica vel Diaphoretica in Sanguinem hocce Medicamine ditatum auctumque immittantur; tum infortunia Icteriarum Hydropum Tabum aliorúmque Morborum (quorum vulgus hanc præ cæteris Medicinam ream arbitratur) facilè præpediri possunt.

Sic inquam plurimi Morbi, propagines (ut aiunt) Corticis diutiùs exhibiti, commodè fugi queunt. Impossibile verò ferè est, ut tetra cohors Morborum vitaretur, Poris diutiùs æquo per hanc Medicinam vinctis. Roboris quidem gratiâ opus est ut, eo vel aliquo ejusdem indolis Medicamine, Pori roborarentur nonnunquam. Prudentis tamen est imposita vincula aliquando illis detrahere.

Hactenùs

Hactenùs unanimitèr Medici conſenſêrunt, Membris Corporis per alia Roborantia (nempe Chalybem Papaverem & ſimilia) ſuprà modum devinctis, libertatem quandam illis dare, vel adhibendo Cathartica vel alia Aperientia. Nec detrimento eſt Ægris, ut obſtricta eorum Membra à Roborantium compedibus aliquando ſolverentur. E contrà bene iis talis emancipatio ſæpiuſculè vertitur.

Alii Corticem Peruanum majori religioni adhibeant quàm æquum eſt, reputentque nefas eſſe ſacram Medicinam è gremio Sanguinis evellere, poſtquàm in eum immiſſa eſt. Quod ad me attinet (ſuíque déque habens ſuperſtitioſum morem aliorum) Cortice ſemper utor, ut aliis Roborantibus. Scilicèt in aliquod tempus veniam do Sanguini Amico Salutifero Benedicto Medicamine frui; túmque adhibeo, emundandi ejus gratiâ, alterius indolis Medicinam. Siſtentem hanc dimitto, ſimul ac percipio Poros cujuſvis Membri eâ nimis coarctari. De novo admitto, cùm periculoſa iſta ſymptomata auferuntur, quæ Chinchina gignit.

Profectò quando Normam, quam ſuprà commentabar, ſequutus ſum ipſe; vix ullam Febrem intermittentem (ne quidem Quartanam) vix ullam Continuam Malignámve inſuperabilem eâ reperi. Imò Hydrope laborantibus multoties Chinchinam utilem obſervavi, ſiquidem adhibitâ eâ in paucos dies, tum

aliquod

aliquod Aperiens Medicamen in Ægri Sanguinem immiſerim, & poſteà perrexerim in eâdem Methodo diutiùs; ſcilicèt Methodo exhibendi nunc ea, quæ conſtringerc, nunc alia, quæ Poros (cùm ii magnoperè ſtringerentur) admodùm relaxare valebant.

Generoſus quidem prædictus, quamdiu Chinchinam aſſumpſit, Phlegma è Pulmonibus facilè ejiciebat, moderatis inſuper dejectionibus quotidie potiebatur, nonnunquam etiam in placidos Sudores noctu conjectus erat. In paucis, nullibi ſtrictiſſimis Poris, niſi in Renibus, per totum Sex Hebdomadum ſpatium (licèt nè unum quidem Diem præterlabi ſivit, quin Medicinam iſtam Stringentem ceperit) fuit. Nec apud Renes ipſos (quanquam ii diu obſtricti fuiſſent) poſt Corticem aſſumptum majora obturamenta ſenſit, quàm percepit antè. Igitur Aperientium violentorum ope non eguit, dum Medicamine Peruano uſus eſt. Quod peropportunè & feliciſſimè quidem ei cecidit. Sed eadem felicitas non omnibus, qui hanc Medicinam ſumunt, expectanda eſt. Diutina enim Chinchinæ adhibitio ſæpiuſculè aliis Alvi, aliis Pulmonum, aliis Cerebri, aliis Renum ſtricturas obſtructionéſque nimias progignere ſolet.

Quid ſi Vomitorium Catharticum Diaphoreticum vel Diureticum Medicamen adhibitum Roborantis particulas quasdam, quæ in Sanguinem immiſſæ ſunt, foràs evehat?

evehat? Sanguis tamen eodem Roborante vel alio ejuſdem generis de novo inſtaurari poteſt.

Neſcio cur Medici unicæ Chinchinæ nulliúſque alius Roborantis è Maſſâ Sanguineâ exactionem in dubium vocarent. Proculdubiò ſatius eſt dimittere paucas ejus portiunculas Aperiente aliquo, quàm admittere Ægrotantes, qui diu Cortice uſi ſunt, Cephalalgiâ Reſpiratione difficili aliiſque incommodis ſuprà modum affligi. Hi enim Eventus frequentiſſimi ſunt tam ex Chinchinâ, quàm ex aliis Roborantibus.

Commodum certè eſt, ut Roborantis generis Medicamenta moras quaſdam in rubicundâ Spirituum maſſâ necterent, Spirituum firmandorum gratiâ. Attamen diuturniùs uſurpata quàm expedit, Humores impedire poſſunt à diſceſſu requiſito. Unde turba malorum, qualem ſuprà memoravi, enaſci ſolet.

Corroborantia Medicamina, de quibus tam prolixè ſcripſi, virtutis Diureticæ meritò reputanda ſunt: Eò quòd homines ad copioſam Urinam emittendam habiles reddant, robore impertiendo vietis eorum Renibus.

Nihil diſcepto de iis, quæ admodùm iniimica Naturæ expelluntur é Renibus ut hoſtes, expulsáque ſecum Urinam uberem educunt. Conceſſi pleraque horum Diureticam virtutem præ ſe ferre. Nam (ſive

ſint

sint Vomitoria Purgantia vel Sudorifica, vel ea, quæ Diureticum solum nomen audiunt) Sanguinem intrantia, adversis Particulis Tubulos Renales aperiunt.

Revera ambo genera Medicaminum, tam ea, quæ irritandâ, quàm illa, quæ roborandâ Naturâ Urinam stimulant, valdè prodesse solent Hydropicis ritè adhibita. Sed majoris emolumenti sunt Corroborantia quàm Aperientia.

Forsan propter illa, haud tanta copia Urinæ unquam expellitur, quanta effluere solet ob hæc, novissimè adhibita. Nam Roborantium commercium Sanguis quietiùs fert, quàm Aperientium. Itaque citiùs altera, quàm altera, è Renibus ejici solent. At, Roborantia longùm & cumulatè Hydropicis adhibenda sunt, ut prodessent. Nam vice simplici modicisque dosibus data, non omninò detrita Membra diffractámve salutem redintegrare valent.

Particulæ Emeticorum Catharticorum Diaphoreticorumque quæ Sanguinem intrant, sunt, quas in Classe vehementium Diureticorum colloco. Omissis autem Vomitoriis atque Catharticis, de quibus copiosè egi; pauca tantùm Diaphoretica, quæ (occasione data) tam Lotium quàm Sudorem evacuant, recenebo.

Dia-

Diaphoretica, quæ Urinam ſtimulant, hæc ſunt.

1. Vlperar. pulv. 3j. Doſis in die vel intra xxiv horas ſumenda. Quod intelligendum eſt etiam de Doſibus infrà memoratis.

2. Antim. Diaphor. 3j.

3. Serpent. Virgin. 3j.

4. Nuc. Moſch. 3iß.

5. Doron. Rad. 3iß.

6. Camph. gr. xx.

7. Croc. Angl. 3ij.

9. Balſ. Gilead. gutt. xij. bis vel ter in die.

10. Sal. Tabac. 3ij. diſſolut. in Aq. Puleg. Simpl. vel Aq. Briſtol. 3j. vel 3ij. bis in die.

11. Sal Geniſt. 3j. in Aq. Simpl. 3j. vel Briſtol. 3ij. diſſolut bis in die.

12. Sinap. Semina integra Melle vel Syrupo idoneo mixta, & bis in die ſumpto uſque ad cochl. j. utilia Pauperibus.

N.B. Puerulis Doſes minuendas eſſe.

Optimi ſunt uſus hæc: quia parvis Doſibus ſumi poſſunt. Alia prætereo, ad quorum virrutes extrahendas copioſus Liquor requiritur. Prætereo; quoniam in Affecti-

fectibus Hydropicis plurimum Liquorem bibenti noxium æstimo.

Roborantia vel mitia Diuretica hæc sunt.

1. Mllep. pulv. ʒiß. in xxiv horis.
2. Chalyb. limat. ʒij.
2. Cort. Peruv. ʒj. vel ʒiß.
3. Oc. Cancr. ʒj.
4. Ster. Pavon. ʒiß.
5. Castor. ʒiß.
6. Sal. Absynth. ʒj. in Aq. Simp. vel Aq. Bristol. ʒj. vel ʒij. dissolut. bis in die sumendus.
7. Syr. Diacod. ʒj. hora somni.

Multa alia hujus generis sunt: quæ mallem in Clysteribus exhiberentur, quàm in quovis Potu. Talia sunt Salvia Agrestis, Morsus Diabol. Pæon. rad. &c.

Obitèr cuncta Diuretica Corpus roborant: Nec Sudorifica virium roborantium expertia sunt, siquidem adhibentur, penitùs consilio calefaciendi Ægri per Stragula per Ignem pérve Balneum calidum omisso. At siquis Sudorifica in eum scopum capit, ut Urinam neutiquámque Sudorem profunderet; exurgat opus est Lecto: nè sudaret potiùs, quàm mingeret.

Porrò

Porrò notandum eſt quædam ex iis, quæ recenſui, Aſtringente Facultate pollere. Quapropter, nè frequenti talium uſu Renes nimis conſtringerentur, haud incommodum erit alia, quæ valdè Renum Poros aperiunt, unà cum his interdum miſcere. Exempli gratiâ, ſic.

℞. Cort. Peru. ʒß. Antimon. Diaph. ʒß. Caſtor. ʒj. Conſerv. Roſ. ʒiiß. Syr. è 5 rad. q. ſ. F. Electuarium. Ex quo Æger capiat. q. n. moſch. quatèr in die.

℞. Chalyb. ʒiij. Sterc. Pavon. ʒiß. Viper. pulv. ʒj. Caſſ. Fiſtul. ʒß. Conſerv. fl. Roriſm. vel Conſerv. Cynosb. ʒiß. Syr. Althæ. q. ſ. F. Elect. Ex quo ad quantit. n. moſch. ſumatur quatèr in die.

Si Alvo nimis conſtipatæ moderatam Dejectionem, vel Renibus nimis conſtrictis copioſam Lotii Evacuationem conciliare velis; aliquando parvulam Doſin Cathartici in Stomachum Ægri infundas. Scilicèt, Rharbarb. Syr. ʒij. vel ʒß. vel Ruff. Pilul. j. vel ſimilium, manè aut veſperi, prout convenit. Cathartica enim omnia Lotium ſtimulant, ut alibi demonſtratum eſt.

Sed à Catharticis ità exhibitis abſtinendum eſt, ſi reperis Dejectiones pluſquàm Mincturas iis fieri. Iſtis enim, qui Hydrope gravantur, Urinæ Evacuationem potiùs, quàm Humorum Dejectionem per Annum machinari (quantùm potes) debes. Niſi e-

nim Renes admodùm apertos ſerves, nihil Salutem Ægri promovere potes.

De Usu Catharticorum contrà Hydropes.

COnſuetiſſimum eſt Hominibus, qui admodùm ſanis Renibus præditi ſunt, ſumpto Cathartico, inter Humores per Anum ejiciendos copioſam Urinam effundere. Unde colligere licet Cathartica tam Urinam quàm Dejectiones ſtimulare.

Nunquam de Urinâ ejiciendâ neque de Hydrope diminuendo excidunt, ſi facilè & copioſè tubulos Renales permeare poſſint. Sed tubulis iſtis obſtructis adeò, ut eos penetrare omninò nequeant hujuſmodi Medicinæ, Porroque qui Hydropi aſſueſcunt tam pateſcentibus quàm Inteſtinorum glandulis, dum Catharticas Particulas Natura expellere conatur; fieri non poteſt, quin Humores (à metâ naturali Renum aberrare coacti) æquè in tumida Membra ac in patula Arteriarum Inteſtinalium Ora ſe proruant. Hæc ratio eſt, quare tot Hydropici, ſumptis Catharticis impetuoſis, tumidiores evadunt poſt ea aſſumpta. Namque Renes, ad ariditatem quandam vitio Naturæ redacti, multò aridiores evadunt, Succis ad Alvum magis quàm ad Renes allicitis.

Qui-

Quinimò ſicut magna Purgatio Alvi per Cathartica, quando Renes valdè obſtricti ſunt, Hydropem adaugere ſolet; ità Morbus, Diarrhœa vocata, multos, qui Hydrope & obſtructionibus Renum ſimul laborârunt, in pejus præcipitavit.

Septuaginta annos natum quendam novi, qui poſtquàm diu Hydrope laborâſſet, ſine magnâ tamen Urinæ Suppreſſione (ut ipſe dixit) incidit in Diarrhœam. Naturalis hæc Alvi Purgatio Hydropem auxit, diminuendâ Ægri Mictione. Statim Reſtringens Diureticúmque Enema illi præſcripſi. Diarrhœa inde cohibita eſt, rediitque Minctura. Intra tres dies reverſa eſt Diarrhœa & Urinæ Suppreſſio. Hinc tumuit, ut priùs. Repetebatur Enema. Per hoc rursùs cohibita eſt Diarrhœa. Túmque Minctura rediit. Diarrhœa Hydropi incremento fuit, quòd ejus pacto Humores à Renibus ad alia loca præter Inteſtina deducerentur.

Nec Vir, quem dixi Corticis Peruani uſu ad liberam Mictionem reſtitutum fuiſſe, poſt id felicitatis Diarrhœis penitùs immunis erat. Altera Diarrhœa rancidis quibuſdam Oſtreis, inopinanter devoratis & malè ejus Stomacho inſidentibus, meritò tributa eſt. Quid verò alteram protulit, prorſus ignoro; niſi vitiatus Aër, Aër, qui tunc temporis plerosque alios malè affecit, in causâ ejus fuerat. Hæc ultima Diarrhœa fortaſſe facilior factu fuit, quod Glandulæ ejus Inteſtina-

les valdè teneræ redditæ fuissent Aquis circumfluentibus. Prima Diarrhœa cessavit diebus (ut memini) duobus. Mictio quoque revertit, simulac strictior Alvus esset. Redeunte Minctura, revertit etiam Salus. Sed pristino flore genarum & Corporis vigore haud diu potitus est, quin alterâ Diarrhœa, quæ immedicabilis fuit, caperetur. Observatu dignum est, Virum hunc digniſſimum bis vividum floridúmque vultum mingendo recuperâsse bísque detumuisse. Tumuit, parùm mingens; detumuit, multum è Renibus emittens. Parùm aut nihil minxit, Diarrhœis captus. Tandem penitùs emaciatus, morti succubuit; mihi præsertim deploratus, propter mutuam, quæ inter nos olim fuerat, Amicitiam.

Vides, quàm facile sit Humores à Renibus divertere, quandoquidem ulla Obstructio his Membris adsit: vides, ex quâcunque causâ Purgatio Alvi (sine vitio Naturæ sive Medicaminis culpâ) accidit, Hydropem eâ non diminutum iri, Renibus per idem tempus ab emittendâ Urinâ desistentibus.

Sanitati competit, si tanta Humiditas ab Intestinis emittitur, quanta Fœces crassas emolliat, occasione datâ. Saltem homines, qui sanitate fruuntur, plus quàm quod facili Fœcum lapsui conferre potest, nunquam Ano ejicere solent. Si unquam amplius, id præter naturam omninò esse videtur. At salubri Crasi congruum est ut bis centies (si

non

non plus eo) numerata Succorum copia è Renibus, qui tabidi non ſunt, quotidie effunderetur. Nec à veritate aberrâſſe videar, quamvis aſſeruerim id quod modò dixi de Renibus. Nam comparatis Humoribus qui ex his & illis uſualiter emittuntur, ii, qui ex ſanorum Inteſtinis effluunt, pauciſſimi ſunt præ illis, qui è Renibus emanant.

His præmiſſis, nemo ignorare poteſt, quænam è duobus Emiſſariorum generibus ad Humores Hydropicos ejiciendos aptiſſima ſunt. Certè Renes ad hoc negotii aptiores formantur, quàm Inteſtina, propter rationes modò allatas: præterquàm quod ſine diſpendio virium oneratam Naturam levare poſſint. At Alvus copioſos Humores emittere nequit, quin periculoſo languori locus fuerit; etſi quod inde excernitur multò minoris copiæ ſit, quàm id, quod è Renibus eliminatur. Igitur Evacuatio hæc, quàm illa, magis conſona Naturæ eſt.

Mictio neceſſaria eſt non ſolùm ad exonerandum Sanguinem, cùm gravis eſt Succis nutrientibus, ſed ad Hydropem diminuendum. Et quoniam dixi Cathartica ad Urinam ciendam perquàm utilia eſſe; non abs re erit, ſi oſtenderim quo pacto Renibus obſtipatis commoda eſſe poſſunt.

Abſente Diarrhoeâ, Clyſter Purgans, qui moderatè Alvum laxat & penetrando Sanguine Tubulos Renales expurgare valet, prodeſſe poteſt Hydropicis; quòd Ventrem

 depleat

depleat, ſine periculo avocandi id Succi à Renibus, quod ad eos pertinet. Sed Catharticum moderatarum virium eſſe debet, nè Inteſtina referet pluſquàm Membra Renalia.

Succo, qui ex Arteriis Iliacis effluit, vis ineſt, quæ è Rebus omnibus in Ilia immiſſis materiem quandam, Chylum vocatum, extrahere ſolet. Hæc verò poteſtas debilior eſt in inferioribus quàm ſuperioribus Inteſtinis. Paucitáſque Ductuum Chyliferorum, quos rariùs hîc quàm illîc Meſenterio interſperſos reperimus, probat id, quod jamjam aſſerui.

Debilius autem cùm ſit inferius quàm ſuperius Inteſtinorum Fermentum; hinc evenit, ut Medicinæ intrantes Sanguinem per Anum, vires, quibus præditæ ſunt, magis integras ſibi ſervent, quàm eæ, quæ Sanguinem penetrant per Ventriculi Inteſtinorúmque ſuperiorum ambages. Minúſque mutatis iis, quæ ſurſùm, quàm quæ deorſùm in Ilia immittuntur; hinc Chylus, quem Sanguis ad ſe arripit ex Medicinis in Anum injectis, efficacior crebrò eſt ad Salutem conciliandam, quàm iſte Chylus, qui ex Medicamentis in Stomachum immiſſis effici ſolet. Hinc Cortex Peruanus & alia Roborantia in modum Clyſteris exhibita certiùs Febres abigunt, quàm Febrifuga in os ſolum infuſa. Hinc & Cathartica, Sanguinem Renéſque penetrantia per viam Ani, plùs Urinam ſtimulant quàm Purgantia alio modo exhibita.

Præ-

Prætereà Cathartica, sic adhibita, rarò desunt officio Iliaca Excrementa (si duriuscula anteà fuêrunt) mollia reddendi Humoréſque quoſdam ab Iliacis Arteriis extrahendi.

Si quid intereſt inter Enema & Sorbillum quod cum Cathartico aſſumi ſolet, omnino hoc eſt. Enematis Liquor certiùs Fœces diffringit Humorésque deducit, quàm Liquor ore ſorptus.

Agnoſco nonnullos, qui utriſque Emiſſariis Inteſtinorum Renúmque per eadem Cathartica benè expurgati ſunt, etſi in ſuperiores Partes Ilium immiſſa fuerint, ex Hydropibus penitùs emerſiſſe. Nihilominùs incerti Eventûs ſunt omnes Doſes Catharticæ ità exhibitæ, quibuſcunque viribus pollent. Nam Sorbilla & deglutita cum ſis Cathartica ſœpè (vel quòd Fœces ipſæ impenetrabiles vel Inteſtina omnium irritamentorum inſenſilia fuerint) in Sanguinem integrè correpta ſunt. Hinc Hydropi anſa ſœpe data eſt copias ſuas humidas magis magísque exaugendi: præſertim ſi neque Catharticæ Particulæ neque Sorbitiones comites obſtrictos Renes permeare poſſunt.

Nulla verò Hydropis auctio timenda eſt ex Clyſteribus. Enemata enim, præcipuè Purgantia, repelluntur ferè ſimul ac injecta ſunt. Adeò ut Hydrops per ea nihil increſcere poſſit.

Qui-

Quidam Adolescentulus Asthmate Febre Hecticâ Anasarcâ & Ascite adèo elanguit, ut lecto cohiberetur, ad ambulationem omninò ineptus. Ei statim, ut à gravi onere quo laboravit aliquantùm levaretur, Clysterem præcipuè ex Ebuli Corticis modicâ copiâ (quantùm meminisse possum) jussi exhiberi. Solóque hoc Enemate in duodecim horis sex Libras minxit. Proximo die ambulavit, quasi Hydrope nunquam gravatus fuisset. Unicum Enema Hydropem ei diminuit, non eliciendis multis Dejectionibus ab Intestinis, sed recludendis ejus Renibus. Verum enimverò licèt optimè versum esset ei hocce Enema: suasu tamen alterius, tria Cathartica impetuosa in Ventriculum immittere coactus est. His sumptis, plurimas Aquas Ano dejecit. Et tamen tumuit magis, quam priùs. Tumidior evasit: quòd copia major Humorum versùs Abdomen, quàm versùs Renes seducta esset vi Catharticorum. Si Cathartica tam Renibus quàm Intestinis operata fuissent, minùs tumuisset, minúsque subitò è vitâ excessisset. Immediatè verò post primum Catharticum iterùm tursit, póstque tertium exhibitum extinctus est: nono nempe die, post Clysterem, quem ego præscripsi.

Hæc Narratio demonstrat, quàm periculosum sit vehementia Cathartica Stomacho adhibere, dum in transmittendâ Urinâ Renes parùm agunt.

Sanè

Sanè Sanguis nutrimenti cupidus & inediam reformidans naturalitèr attrahit ad ſe quicquid ſibi offertur: Nec diu moratur, antequàm de rebus, quæ noviſſimè in Ilia immittuntur, aliquid decerpit. Hinc Terebinthinam Allium Aſparagúmque Urina redolet, ferè ſimul ac in Anum Stomachúmve infunduntur. Et licèt pleriſque aliis non datum ſit ad eundem modum Lotium odorare; certum tamen eſt partem omnium, quæ Ventriculo vel Ano committuntur, ocyſſimè à Sanguine abſorberi. Nam, ut dixi anteà, Sanguis pabulum quærit ex quovis quod ſibi proximum eſt: Nec deſiſtit ab hoc opere, quamdiu adeſt aliquid ex quo paſci poteſt. Hæc cauſa, eſt quare Medicinas Cibóſque indiſcriminatim recipit.

Poſſunt quidem Cathartica Urinam magis quàm Dejectiones ſtimulare, ſi in parvis mitibúſque Doſibus ore deglutiantur. Sursùm tamen per Anum in Sanguinem convecta, certiùs Lotium ſtimulabunt, quàm ſi pènetrarent eum per viam Ventriculi. Nam Medicamina, quatenus ad eorum indolem, minus mutantur, quò debiliori in inferioribus quam in ſuperioribus Ilium Partibus Fermento obviàm eunt, ut ſuprà dixi: Et propteteà Clyſteris vehiculo in Sanguinem delata impetuoſiùs Lotium ſtimulant, quàm ſi alterâ viâ in Maſſam ſanguineam convehérentur.

Hæc causa fuit, quamobrem prædictus Adolescentulus tam liberè minxit, Enemate in eum injecto. Haécque causa est, cur breve iter Medicaminis per Anum, quàm id longi itineris per Ventriculum totámque Viscerum compagem, potius approbo.

Interim nulla præ aliis Cathartica cuiquam hîc recommendabo præter ea, quæ in genere optimè viribus Hominum Ægrotantium convenire videntur: Mitia nempe debilibus, minùsque mitia robustis.

In Libello de Purgatione multa Exemplaria Catharticorum videre licet, si id tibi gratum sit. Et sine dubio, inter ea, aliqua Pharmaca Purgantia ad Hydropicorum usum non inepta invenire potes.

Hæc, & his similia, Enemata Alvum Renésque expurgant.

℞. VIN. Alb. ʒiv. Aq. Font. ʒxij. Mirobal ʒij. Eryng. rad. ʒſs. Absynth. Rom. m. ſs. Sem. Coriand. ʒſs. Sacch. ʒſs. F. Enema.

℞. Aq. Fontan. ℔j. Aloë Succotr. ʒj. Gentian rad. ʒij. Enul Campan. ʒj. Bardan. Sem. ʒj. Sacch. ʒß. F. Enema.

℞. Aq. Font. ℔j. Scill. ʒij. vel ʒiij. Visc. Quercin. ʒß. Rut. fol. m. ſs. Sacch. ʒß. F. Enema.

℞.

℞. Aq. Font. ℔j. Fol. Sen. ʒj. Fl. Camomel. ʒß. Pæon. rad. ʒß. Sem. Anis. ʒß. Sacch. ʒß. F. Enema.

In Pauperum uſum hæc vel hujuſmodi Enemata Purgantia.

℞. AQ. Fontan. ℔j. Ebul. vel Sambuci Cort. m. ß. Abſynth. comm. m. ß. Fœnicul. Sem. ʒj. Sacch. cochl. j. F. Enema.

℞. Urin. Human. ℔j. Hyſſop. m. ß. Abſynth. comm. m. ß. Bardan. rad. m. ß. Sem. Cymin. ʒij. Sacch. cochl. j. F. Enema.

Hujuſmodi Enemata Diarrhœam cohibent, Lotiúmque per idem tempus ſtimulant.

℞. AQ. Font. ℔j. Cort. Cinnam. ʒij. Pæon. rad. ʒß. Cretæ pulv. ʒiij. Althæ. Sem. ʒij. F. Enema.

℞. Aq. Font. ℔j. Tormentill. Rad. ʒiij. Cort. Elather. ʒij. vel Cort. Vinteran. ʒß. Dauc. Sem. ʒß. F. Enema.

℞. Aq. Font. ℔j. Mors Diabol. m. j. Sem. Cymin. Sem. Aneth. Sem. Cardamom. āā ʒij. Chin. rad. Gentian. rad. āā ʒß. F. Enema.

℞. Aq. Font. ℔j. Abſynth. com. m. j. Apii Sem. ʒß. Cort. Querc. ʒß. Cort. Cinnam. ʒj. F. Enema.

Nonnunquam in quatuor quinque vel ſex, in duodecim, imò in viginti quatuor horas novi hujuſmodi Enemata Corpori immorari, antequàm Alvus, iis exhibitis, quicquam Dejectionis expulerit. Indubitantèr, cùm Enema non ſtatim Ano ejicitur, diù autem inibi moratur; maxima pars ejus in Maſſam ſanguineam tranſit. Nec eò convectus Clyſter cuiquam unquam obeſt. Nam quò copioſior Enematis Latex in Sanguinem irrumpit, eò frequentior Mictio ſæpenumerò fit; præſertim ſi idem Sanguine circumvectus intimos Renes pervaſerit.

Praxis.

1. NUllus dubito quin is, qui Anaſarcâ ſolâ laborat, moderati Emetici adhibitionem, ſi opus eſt, pati poſſit. Nec, Stomacho Renibúſque viſcidâ materie refercitis, hujuſmodi Medicina prætermitti debet. Etenim Urinæ æquè ac Phlegmatis ſtrenuè ejiciendi ſæpè in causâ eſt, ut probavi alicubi.

Abhinc in Septimanam vel circitèr id temporis pergas ad uſum Medicamentorum, quæ bonam Sanguini Craſin afferre ſolent; Intelligo ejuſmodi Roborantia, qualia priùs commendavi.

Semel

Semel vel bis in eâdem Septimanâ Cathárticum in Anum vel Stomachum injic jubeas, tam ad emolliendas Alvi Fæces quàm ad Urinam eliminandam. Clyſterem verò adhibe præſertim.

Paucis diébus intermiſſis, nè abſtine à Vomitorio repetendo, ſi Pituitam in Ægri (admodùm robuſti) Stomacho agglomeratam iterùm percipis.

Poſteà, ut efficacitèr emundetur Sanguis Poríque à pravâ materie liberentur, da Ægro aliquod Diaphoreticum. Repetatur unoquoque die quinto vel ſexto, ſi opus eſt. Sanè ſi huic ſpeciei Medicinarum Aperientium plùs, quàm aliis, non innitereris, dum Hydropi obniteris, vituperandus fores. Sudorifica enim efficaciùs, quàm cætera Exinanientia, vitiatas Sanguinis Particulas exportant.

Multoties novi per hanc Methodum in novem vel decem diebus Anaſarcam (quandoquidem Aſciten ſibi ſociam non haberet) penitùs diſſipatam. Non omninò tamen ſuperfluum eſt in Septimanam alteram, poſt Sudatorium exhibitum, Medicinas Roborantes revaleſcenti adhùc dare: Ut reverſio Morbi præveniatur omninò iis.

Si tam citò ac dixi Morbus non contingit fugari; tum Methodum, quam docui, repetas iterùm atque iterùm. Eandem repete tu, donec unumquemque Porum à pigris Humoribus liberâris.

Præter

Præter Remedia hæc, Equitationem frequentem (ſi obtineri poteſt) Hydropicis recommendo. Equitatio enim Sanguinem Roborantibus Medicamentis ditatum ditiorem puriorémque reddit, agitandâ Maſſâ Sanguineâ.

2. Nec Methodus, quam ad Aſciten eruendam propono, multùm differt ab eâ quam noviſſimè præſcripſi ad illud prædictum genus Hydropis eruendum.

Fortaſſe his, qui Ventribus intumeſcunt, crebriùs Clyſteres adhiberi debent, quàm iſtis, qui nulla niſi Crura Femoráve Membra tument.

Porrò, ſi ob copiam Aquarum Abdomen torqueri incipit magnopere Fæceſque Inteſtinales adeò dureſcere, ut Clyſteribus nequeant diffringi; (quæ mala frequentia ſunt, cùm Aſcites ſuprâ modum increverit) tum oportet Fiſtulam in intimam ejus partem intrudi: Ut hoc pacto Aquæ extrahantur.

Finitâ operâ Paracenteſeos, de integro coneris Clyſteribus moderatè purgantibus, Diureticis utriuſque generis, & Diaphoreticis, aberrantes Aquas in rectum tramitem Renum perducere. Nec deſperes de recuperandâ Salute Ægri, procedens ità ut monui. Novi enim quoſdam, poſt Ventris perforationem, revaluiſſe. Unumque tale Exemplar olim exhibui.

3. Ei

3. Ei itidem ſpeciei Hydropis, Herniæ vocatæ, Scalpellum Chirurgicum commodè adhiberi poteſt. Emiſſâ è Scroto Aquâ, procedas ut ſoles in aliis Hydropibus. Vir benè mihi notus multos annos miſerè vixerat, antequam Perforatio Scroti illi conſulta eſſet. Poſteà, quotannis inciſus (prout hortabar) ſatis placidam vitam, licèt ſeneſcens, traxit. Vigeſies (ſi non ſæpiùs eo) Cultro Chirurgico ſe ſubmiſit. Tandem, poſtquàm ſeptuageſimum & quartum annum adimpleviſſet, obiit. Nihilominùs nullâ Hydroceles, nullâ Operationis Chirurgicæ culpâ. Omninò per Febrem Peripneumoniámque ex hâc luce ſublatus eſt.

Colligere hinc licet, Oſchealem Perforationem utilem ei eſſe, cui Pudenda Aquis Morbidis refercita ſunt. Igitur optandum eſt ut quiſque, cui infortunio eſt Herniâ laborare, Inciſionem vellet admittere, quamprimùm Aquæ in Scroto incipiunt coacervari. Nam ſatius eſt ictum Cultri (ut ut moleſtus viſus eſt) identidem pati, quàm in cuncta momenta Vitæ graviſſimum onus Herniæ ſuſtinere.

4. Ex Utero Hydrops extrahi poteſt per Syphonem in Os ejus intruſum. Sique hoc Inſtrumentum tempeſtivè (hoc eſt, antequàm Uteri tunicæ corrumpuntur) adhibetur, fortè ſymbolam quandam conferre poteſt feliciori Saluti Mulieris tali Hydrope affectæ. Quatenùs ad modum hujuſmodi

Morbi

Morbi penitùs tollendi, (præterquàm quod opus ſit Fiſtulam in ipſum Os Uteri adurgeri, ut Aquæ faciliùs effluerent) nullum alium propono, niſi eundem, quem modò exhibui ad Hydropes in genere curandos Sanguinemque emendandum.

5. Cerebro Aquis diffluente, Veſicatoria Capiti cum incolumitate necnon commodo aliquo poſſunt adhiberi.

Nonnulli quidem Capitis Internarum Partium cum Externis commercium ſuſpicantur, propter duritiem Cranii. Sed Cranium, ut cuncta in genere Oſſa, Poris abundat. Nec Pori iſti fruſtrà formabantur. Indubitantèr ideò facti erant, ut ſuperfluæ quædam Particulæ per eos manarent.

Porrò probabile eſt harum fugam inde per Externos Poros, vel dum Pericranium integrum eſt, admodùm pertinacem eſſe, quamdiu vivimus: Sicut cæterorum Membrorum Effluviis uſitatum eſt. Cùm autem Cephalææ meatus aliquantùm dilatentur Emplaſtri Veſicantis auxilio; tum non poſſunt non hujuſmodi Effluvia erumpere copioſiùs.

Certum eſt multas volatiles Particulas ab Internis Capitis Partibus emiſſas, cùm Coma, cùm Delirium, cùm Cephalagia, cúmque Lethargia tollitur Veſicatoriorum ope. Quid ergo non ſperare licet à Veſicantibus Capiti adhibitis, cùm Hydropicus Humor Cerebrum circumfluit?

Tere-

Terebratio Cranii, quâ quidem Hydrops à Cerebro extrahi poteſt parte, periculoſæ plena eſt aleæ. Per Veſicatorium autem alicui parti Cephalææ appoſitum, Hydrops Cephalicus ſine diſcrimine ad minorem vim redigi poteſt; Poris apertiùs factis hujuſmodi Remedio.

Intereà opera danda eſt, nè Aquæ, poſtquàm vis earum partim ablata eſt vi Veſicantium, de novo ſcaturientes creſcerent præ culpâ Sanguinis. Sæpè autem oſtendi, quomodo culpabilis Maſſa ſanguinea córrigi atque emendari poſſit. Excuſatum igitur me habeas à repetendâ eâdem Methodo adhùc ſæpiùs.

6. Fontanellæ, infrà genua formatæ, commodæ interdum ſunt Hydropicis, quando Pellis ad tibias attinens immediatâ ruptúrâ propter Hydropem periclitatur.

7. Aliquando & Emplaſtra Veſicantia, Carnoſæ Tibiarum Parti ſubtûs genu affixa, Hydropicis commoda reperta ſunt.

8. Sed Cutis inter augendum Hydropem vulnerata (ſive ea vulnera Veſicatorio facta ſint, ſive Scalpello) protinus proclivis evadit ad Gangrænam admittendam, propter copiam Humorum vitiatorum eò tendentium. At, ut periculoſa præpediatur Gangræna, non abs re eſt Cataplaſmata Refrigerantia Tibiis paulùm rubeſcentibus vel inflammatis applicare quamprimùm.

Talia ſeptuagenariæ olim Mulieri, cui mille Ulcuſcula fœtida in utroque Crure erant, adhiberi conſului. Anus his Externis Remediis & Medicinis cùm Roborantibus tum Aperientibus more eo, quem docui, intùs ſumptis, in Sex Hebdomadum ſpatio penitùs revaluit. Sana facta, octodecim annos poſteà vixit. Febre tandem Animam efflavit.

9. Item Tibiis, quando earum Pellis ipſâ Hydropis culpâ (interdum enim ubertas Aquarum ad talem fracturam efficiendam ſufficit) diſrumpitur, hujuſmodi Cataplaſmata non incommodè admoveri poſſunt: apprimè impoſito in Crura Emplaſtro quodam Siccante, quale eſt Diachylon, &c. túmque impoſitis Cataplaſmatibus ſuper Emplaſtris.

Reverà Inciſiones & Veſicantia rariſſimè in Praxin illam, de quâ noviſſimè egi, admittenda ſunt. Imò Tibiis Hydropicis Fontanellas Veſicáſve fieri nefas æſtimo; niſi, Inflammationibus ortis, ſtatim etiam decreveris iis obſtare Refrigerante quodam Cataplaſmate. Cautelâ hâc obſervatâ & ad Praxin revocatâ, ſatis tutò Cutem, quando urget Morbus, vulnerari permittas. Sin Cautio ea, quam modò tradidi, negligatur omninò; fortaſſe demùm prædictio Gangrænæ verior erit, quàm velles.

10. In-

10. Inciſio Venæ, conſenſu ferè omnium Medicorum, agnoſcitur nihil ad hunc Morbum pertinere.

Pars quidem Hydropicæ Materiei hoc pacto emitti poteſt. Sed uſualitèr Hominum Hydropicorum Venæ, ſuperfluum onus Aquarum circumvehentes, parvulâ tantùm copia Spirituum ſcatent. Dúmque ità res ſe habet, certé Venæ ſectio periculi plena eſt. Quia alteræ ſine alteris emitti nequeunt, Vena incisâ & apertâ.

Prætermiſſâ quidem omninò Venæ ſectione, Maſſa ſanguinea ſatis diminui poteſt Medicamentis Evacuantibus. Verùm enimverò fruſtà Urina Sudor aliique Humores ejiciuntur, ſi hoc Morbo laborantes immediatè poſt factas Exinanitiones tantam vim Liquorum in Sanguinem ſuum, quanta per Medicamina eliminata eſt, iterùm admittunt.

Porrò Natura novum ſæpiuſculè robur acquirit, ſi à vinculis Succorum Nutrientium ſuperfluorum expedita, eâ libertate in aliquod tempus freta fuerit. Prætereà Sanguis, ut dixi anteà, ſemper celeriter efficiens nutritionis opus, rapidiùs ad ſe arripit Liquida, quàm Solida. Quam ob cauſam Liquida magis, quàm Solida, fugienda ſunt Hydropicis. Fugiendi ſunt ſaltem copioſi Liquores, quod citò Corpora exinanita novis Humoribus referciant.

Virgo eadem, quæ Hydropis partem Ore effudit, majorem ejus copiam per umbilicum diſruptum emiſit. Subitò Area

Cubiculi, in quo ſedit, Aquâ valdè fœtente ſuperfuſa eſt. Vitæ pertæſa erat, antequàm hoc accidit. Morti verò jam proxima, plùs optavit ſibi Mortem. Fame præſertim ſtuduit ſibi Necem conſciſcere. Solam Igitur Unciam víxque tantundem Panis indies comedit. Vini Cochleare tantùm unum ſorpſit. Licèt oraret atque optaret Mater, ut copioſiùs ſe paſceret, noluit. Nihil præter hæc (ut Mater mihi retulit) in quatuor vel quinque Hebdomadas ſibi ſuppeditari ſivit. Cogitanſque hoc pacto emori, inopinantèr vixit. Nam ſub ſine temporis prædicti, nulla indicia Hydropis ei remanſêrunt. Revaluit ſine ope Medicinarum (quibus obſtinatè uſque reluctata eſt) ſolis Naturæ viribus. Vixit Annum, libera ab Hydrope. Tandem Febre & Phthiſi mortua eſt. Sine dubio, dum parcè vixit, ſanguinea ejus Maſſa ex Hydropis materiâ pabulum acquiſivit. Nam, ut dixi anteà, nihil de ſuo jure Sanguis cedere vult, quamdiu quovis penu nutriri poteſt.

Altera Virgo universè tumida Phlegma ſanguineum è Pulmonibus ejecit. Summos inſuper cruciatus (ità ut propter eos miſerè ſæpè exclamaret) in Ventriculo tulit. Per idem tempus Hecticâ Febre laboravit. Denuò in propinquo Mortis fuit, cùm ad eam vocarer. Deſideravit, ut dolor Ventriculi quamprimùm rolleretur. Nocte, in quâ expectata eſt mori, à ſtomachicis angoribus liberata

liberata eſt, ſimul ac Clyſterem Anodynum & Bolum ex Chinchina factum ſumpſiſſet. Cupientem tum diutiùs vivere hortabar, ut ſe vellet cohibere ab omnimodis Liquoribus, dum ego curam ejus ſuſciperem Medicamentis. Monitis paruit ſine moleſtiâ in tres primos Dies. Quarto Sitis adeò intolerabilis evaſit, ut vix ei perſuadere poſſem promiſſis ſtare. Nihilominùs in hunc etiam Diem fortiter Sitim pertulit. In quintum, enormis hæc Liquorum cupiditas integrè conquievit. Adeò ut jam contenta eſſet abhinc è Solidis ſolis Cibis nutrimentum ſibi excerpere. Nulla omninò Purgantia, niſi aliquando in Clyſteribus, illi adhibita erant. Enemata nunc Purgantia nunc Corroborantia (prout opus fuit) bis ſaltem in unaquâque Septimanâ ei juſſi exhiberi, dum revaleſceret. Prætereà in Stomachum, Febris fugandæ & Naturæ in genere corroborandæ gratiâ, copiam Corticis Peruani quotidie ſumpſit. Quinto vel ſexto quoque Die Diaphoreticum ei exhibui. Utque ubertim ſudaret, Abdomini & Dorſo Utres calidâ aquâ pleni applicabantur. Nullos calidos Liquores, Sudoris excitandi gratiâ, ſorpſit. Paucis, permiſi nullas Medicinas, quæ in Os ei ſumendæ erant, Liquidis commiſceri. Poſtquàm in Menſem ſumpſiſſet Chinchinam, Chalybeata in Septimanas duas plures ſolidè etiam deglutivit. In ſex Hebdomadis curata eſt. Mox florida Vultu,

Vultu, & Corpore pinguis, evaſit. Præ pulchritudine ſtatim Maritum obtinuit. Nupta peperit Viro tres Liberos. Quorum una Filia adhùc vivit, ſedecim Annos nata. Injunxeram huic Mulieri Abſtinentiam haud ampliorem, quàm quæ finita eſſet ſimul cum Medelâ ipsâ Morbi. Perſtitit tamen in Aridâ Diætâ pluſquàm Menſes quatuor (ut ipſa dixit) ſine deſiderio abſorbendi quicquam. Quanquam Solidis ſolis Cibis & Medicamentis paſta fuiſſet, haud tamen minus Libra unâ Urinæ ejecit indies. Hinc judicavi id, quod minxit, pariter ex Solidis comeſis factum fuiſſe, ac ex Hydropicâ Farragine, quam ſanguinea ejus Vaſa hinc illinc ſibi conquiſiverant. Nam Ventriculus Inteſtináque res Solidas perinde ac Liquidas in Chylum mutandi poteſtatem habent. Ut liquet ex Narratione modò prolatâ.

Sentio pleriſque penſum difficillimum fore, ſi omninò à Liquidis abſorbendis, ſecundùm Exemplar Mulieris prædictæ, ſe abſtinerent. Quiſque tamen modicis Sorbillis contentus eſſe poteſt. Novi quoſdam, quibus Libra una Sorbillorum de die in diem, inter hauriendа Pharmaca, ſuffecit, tandem revaluiſſe. Facilior autem Medela fuit iis, qui inter morem aliis Præſcriptis medicis gerendum, ſemiſſæ Libræ vel minori copiæ Potuum ſe, quamdiu Hydrope tumebant, accommodare poterant.

In-

Interim nemo cogitet ſe periturum, quòd adeò tenuiter victitare cogatur. Námque Exemplo prædictæ Mulieris apparet, ex Solidis rebus ſufficientem penum in Sanguinis uſum poſſe exquiri.

Nihil ampliùs addendum habeo, niſi ut Medici, qui curam hujus Morbi ſuſcipiunt, vellent Animum inducere, quanti Usûs eſt hujuſmodi Abſtinentia, de quâ modò egi. Nam ſicut certum eſt nullum Agrum inundatum areſcere poſſe, ſi decreſcentibus Aquis nova Aquarum copia continuò ſupervenit; ità certo certiùs conſtat Colluviem Hydropicam ab illius Corpore nunquam diſcedere poſſe, cujus Venæ perpetim replentur ad eandem ubertatem, quâ deplentur.

Cataplaſmata Refrigerantia.

℞. FOL. Alſin. m. iv. v. vel vj. fol. Heder. terreſtr. m. j. Mic. Panis m. iij. vel iv. Sev. Porcin. ʒij. or ʒiij. Coquantur Herbæ & Mica Panis in Aq. Font. q. ſ. Deinde ſimul contundantur; addendo Sev. Porc. quantitatem prædictam. F. Cataplaſma.

℞. Rad. Raporum N°. x. vel xij. vel plures in Aquà bene coctas, fol. Lactuc. m. j. in Aquâ

Aquâ coctor. Pæon. rad. pulv. cochl. j. Butyr. recent. ʒij. vel ʒiij. F. Cataplaſma.

℞. Mic. Panis m. vj. vel plures Aq. Font. q. ſ. Glycyrrh. pulv. Enul. campan. pulv. āā ʒiij. Ol. Oliv. ʒij. F. Cataplaſma.

Ex aliis Herbis benè multis fieri poſſunt Cataplaſmata Refrigerantia: prout nobis nunc in hoc nunc in illo Anni tempore editæ ſuppetiverint. Qualia ſunt Folia Althææ, Malv. Abſynth. Rut. Matricar. Lilior. &c.

FINIS.

INDEX

Rerum Præcipuarum

In LIBRO

DE HYDROPIBUS.

OMNES Hydropes ex eadem causâ fiunt. pag. 1

Melancholici & Bibaces maximè proclives ad Hydropem. ib.

Obturamenta Renum inceptum Hydropem augent. 2

Naturales viæ, per quas exeundum est Hydropi, sunt præcipuè Renum tubuli, Intestina, Porique Pellis Externæ. 3

Emetica cæteris Medicinis præcellunt, quatenùs ad Urinam stimulandam. 4

Tres causæ, quamobrem Vomitoria Hydropicis utilia sunt. 5

Sudorifica plures Humores exportant, minorèque cum periculo, quàm alia Medicamina Evacuantia. 7

INDEX.

Pag.

In quem modum tractari debet Æger, qui sudandus est. 8

Sudatorium non repetendum sæpius, quàm quinto vel sexto Die. ib.

Recensentur Medicinæ, quæ Sudorem optimè cient. 9

Cathartica & Vomitoria quædam verti possunt in Diaphoretica. 11

Duo genera Diureticorum: nempe ea, quæ irritant, & ea, quæ roborant Renes totúmque Corpus. 12

Diuretica, præsertim Roborantia Diuretica, Spiritus languentes resuscitant atque refocillant. 14

Halitus Cuticulares copiosiores, quàm Liquor Renibus emissus. 15

Quædam Diuretica diutiùs Sanguini immorantur, quàm alia: eáque Roborantis generis sunt. 16

Roborantia duplici munere funguntur. ib.

Cortex Peruanus adeò cujusdam Renes roboravit, ut integrè reddita inde Mictio esset, postquàm magnâ ex parte diu suppressa fuisset. 17

Quomodo Chinchinæ aliorúmque Medicaminum Astringentium incommoda præveniri possunt. 19

Roborantia, roborando Renes, in causâ sunt Urinæ effluendæ. 21

Pag.

Emetica Cathartica & Diaphoretica vehementiùs Urinam ſtimulant, quàm Roborantia. 22

Diaphoreticorum, quæ Urinam evacuant, exempla quædam exhibentur. 23

Roborantium exempla quædam. 24

Nonnunquam Aperientia cum Aſtringentibus miſcenda ſunt; præſertim ſi Renes uſu Aſtringentium admodùm occludantur. 25

Moderatæ aliquando Doſes Catharticæ exhibendæ ſunt, Urinæ ſtimulandæ gratia. ib.

Cathartica Urinam ſtimulant. 26

Ratio, quare quidam Hydropici, ſumptis impetuoſis Catharticis, plùs tument. ib.

Exemplaria Virorum, qui magis magiſque tumuérunt, cùm capti eſſent Diarrhœis; detumuérúntque, ceſſantibus iſtis Evacuationibus. 27

Purgatio Alvi Mictioni impedimento eſt, quando Renes valdè obſtruuntur. 28

Evacuatio ampla Humorum per Renes magis ſecundùm Naturam, quàm per Inteſtina. 29

Purgans Clyſter magis ſtimulat Urinam, quàm Purgans Medicamentum in Ventriculum infuſum. 30

Potentior Stomachi Succus Medicamentorum virtutem aliquantùm mutat: Inteſtinorum

Pag.

stinorum verò Succus, (quòd debilior sit Stomachico) non immutat istorum Medicaminum, quæ sursùm in Anum impelluntur, efficacium. ib.

Sorbilia, copiosè cum Catharticis sumpta in causâ sunt, quamobrem Hydrops minùs decrescit. 31

Clysterum Liquor nihil adiit Hydropibus, quemadmodum usu venit ex Sorbilis. ib.

Exemplum Adolescentuli, cui ampliss. mus Mictus evenit ex Clystere Purgante: Majórque posteà tumefactio ex Catharticis in Stomachum ejus infusis. 32

Rationes cur Medicinarum vires transeant in Sanguinem, simul ac Stomachum Animve intrant. 33

Exemplaria quædam Enematum, quæ Renes expurgant æque ac Alvum. 34

Exemplaria Enematum, quæ cohibent Diarrhœam simúlque Urinam stimulant. 35

Enematis Liquor, quò copiosior penetrat Sanguinem, plus ei prodest. 36

Vomitorium mitte quibusdam Hydropicis: præsertim iis, quibus aliquot retroris supperiit, cum adhibetur ejusmodi Pharmacum. ib.

Mite Catharticum bis Septimanâ in Anum, vel in Ventriculum immittendum. 37

Pag.

Diaphoreticum semel in Septimanâ adhibendum. ib.

Remedia Roborantia in quotidianum Hydropicorum usum vocari debent. ib.

Equitatio commendatur. ib.

Declaratur, quando necessaria Paracentesis est. 38

Post Paracentesin Methodus eadem adhibenda est, quæ ante: attamen moderatiùs. ib.

Incisio in Scroto proficua ad Herniam, præcipuè ad Herniam recentem. 39

Hydrops Uterinus per Syphonem partim extrahi potest. ib.

Hydrops Cephalicus diminuitur Vesicatoriis Capiti applicatis. 40

Terebratio Cranii ad Hydropem extrahendum periculosa. ib.

A Fontanellis & Vesicantibus Crura inflammari solent, nisi tempestivè cooperta sint Cataplasmatibus. 41

Narratio de Generosâ quadam Anu, quæ curata est, etsi Tibiarum Cutis rumperetur atque inflammaretur Hydrope. ib.

Venæ Sectio non utilis Hydropicis. 42

Omnes Exinanitiones vanæ; nisi post eas Æger nimiam repletionem devitet. 43

Hydropica quædam Virgo, impatiens ampliùs vivendi, jejunando voluit sibi necem consciscere: attamen hoc ipso pacto vitam longiorem adepta est. ib.

INDEX.

Pag.
Altera Virgo à Potu Quatuor Menses se abstinuit, atque ità Hydrope Tabidissimóque Statu penitùs expedita est. 44
Abstinentiæ commendatio. 47
Exemplaria quædam Cataplasmatum. ib.

FINIS.

MVSEVM BRITAN NICVM

Books printed for BERNARD LINTOT, *at the* Croſs-Keys *between the* Temple *Gates.*

DE Vomitione, ejuſque exceſſu curando; nec non de Emeticis Medicamentis. De Purgatione ejuſque exceſſu curando; nec non de Catharticis Medicamentis. De Variolis & Morbillis. Authore Samuele Dwight. Price bound, 2 *s.*

A Treatiſe of the Small-Pox and Meaſles: Wherein their Courſe, Nature, Kind, Diagnoſticks, Prognoſticks, and Cure are deſcrib'd in a familiar Way uſeful for Families, more eſpecially thoſe that live remote from Phyſicians. Shewing the too forward and dangerous Management of ſome, and ſupine and opinionated Remiſſneſs of others, with ſuch convincing Directions, how to order thoſe that ſhall be afflicted with that ſore Diſtemper, as few, if any, will miſcarry by them. Together with neceſſary Inſtructions about Bleeding, before and in the Small-Pox, and Purging after them: And how People may have but a few and the Marks obliterated; As alſo, how others may eſcape having, though in the utmoſt Danger of catching them. Price 1 *s.*

A Treatiſe of the Diſeaſes of Tradeſmen: Shewing the various Influence of particular Trades upon the State of Health, with the beſt Methods to avoid or correct it, and uſeful Hints proper to be minded in regulating the Cure of all Diſeaſes incident to Tradeſmen. Written in *Latin* by *Bern. Ramazini* Profeſſor of Phyſick at *Padua*. Tranſlated by Dr. *Miller*. Price 4 *s.*

The Practice of Phyſick reduc'd to the antient Way of Obſervations: Containing a juſt Parallel between the Wiſdom and Experience of the Antients, and the Hypotheſis of modern Phyſicians, intermix'd with many practical Remarks upon moſt Diſtempers. Together with ſeveral new and curious Diſſertations, particularly on the *Tarantula*, and the Nature of its Poiſon. Of the Uſe and Abuſe of Bliſtering Plaiſters, of Epidemical Apoplexies, *&c.* Written in *Latin* by *George Baglivi*, M. D. Profeſſor of Phyſick and Anatomy at *Rome*. Price 5 *s.*

The

The Practical Distiller; or, A brief Treatise of Practical Distillation. In which the Doctrine of Fermentations is methodically explain'd in a new Method: With the Description of a new Engine-Still engrav'd on a Copper-Plate, which, for Dispatch of Business, is preferable to any other. To which is added, by way of Appendix, A Treatise of making Artificial Wines from several Fruits of the *English* Production, interspers'd with many useful Reflections and Observations. Price 1 *s.*

LAW BOOKS.

The First Part of the Institutes of the Laws of *England*; or, A Commentary upon *Littleton*, not of the Name of the Author only, but of the Law its self. By *Edward Coke*. Also three learned Tracts of the same Author. The first, on his Reading upon the 27th of *Edward* I. intituled, *The Statute of Levying Fines*. The second, of Bail and Mainprise. And the third, his Compleat Copy-holder. The Eleventh Edition, carefully corrected from the many Errors of former Impressions. To which is added, the Treatise of the Old Tenures of the Laws of *England*; with two new Tables, and many References to the modern Law Cases, never printed before, and distinguish'd from the old References by a particular Mark. Price 1 *l.* 10 *s.*

Modern Cases argued and adjudged in the Court of Queen's-Bench at *Westminster*, in the second and third Years of Queen *Anne*, in the Time when Sir *John Holt* sate Chief Justice there. With two Tables: The first of the Names of the Cases; and the other of the special Matter therein contained. The Second Edition. Price 12 *s.*

The Compleat Court-Keeper: Containing the Laws and Customs of Courts-Leet and Courts-Baron, the Charge to the Juries, Proceedings in Court, Precedents of Copies of Court-Roll for Lifes and in Fee; Grants, Surrenders, Admittances, *&c.* The manner of keeping the Court-Baron for trying of Actions, and Precedents of Declarations, Pleadings, and Processes; also of Contracts, Leases, Mortgages, Surrenders, *&c.* The Authority of the Lord, and Privileges of the Tenants, with variety of Law Cases concerning Copy-holders, and the whole Business of Court-keeping. The Second Edition. By Mr. *Jacob*. Price 6 *s.*